

AUGUSTI BUCHNERI
IN
L. ANNÆISE-
NECÆ CONSO-
LATIONEM
AD
HELVIAM,
PRÆFATIO.



WITTENBERGÆ

PAULUS MEVIUS EDIDIT

Lit. Rom. B.

PO HAKIANO.

1280,52

O cl3 l3c LV.

ia de Seneca.

UNIVERSITÄT DRESDEN

LIBRARY

1800

RECHEN

RECHEN

RECHEN

RECHEN

RECHEN

RECHEN



NOBILISSIMO ADOLESCENTU-
LO, ET MAGNÆ SPEI,

CHRISTI-
ANO SIGIS-
MUNDO REICHBROT
A SCHRENKEN-
DORF:

S. P. D.

Is quidē est au-

tor Seneca, CHRISTIANE SI-
) (2 GIS.

GISMUNDE, qui annis studi-
isque tuis nondum satis conveni-
at: illâ parte haud tantum, quâ Sa-
pientiæ vatem agit, & rerum ma-
ximarum doctrinas explicat; sed
quâ alumnis eloquentiæ consules-
re etiâ homo disertissimus potest.
Nam pro sublimitate ingenij cœ-
lestis, dum eum in magni Cæsaris
morem,

Vulgari pudet ire viâ:

dum non contentus eloqvētia se-
culi, novū sibi aperit iter, & com-
tius quoddam floridiusque dicen-
di instituit genus, quàm quod fru-
galitati veterum respondeat; non
nisi robustis, ut Fabius monuit, &
illo severiore genere satis firmis,
legendus est. Nihilominus ta-
men induxi animum, quæ scripsi
nuper ad illum ejus libellum, quo
consolatus matrem optimam est
exilio filii impensè moerentem, ti-
bi

bi inscribere, si olim fortean, cū
per maturitatem ætatis atque judi-
cii, omne genus auctores libero
impetu, nec sine fructu, tractare
poteris, in Senecæ lectione ju-
vare industriam tuam ex parte
queant. His meritis genitor tuus,
summâ dignitate vir, atque in tã-
tum laudandus, in quantum virtus
prudentiaque possunt intelligi,
obstrinxit me dudum, de quibus
quicquid dixerò, minus erit. Quis
bus, cū nullam aliam gratiam re-
ferre possim, hanc reddam saltim,
ut, quacunque ratione licuerit,
bene de studiis tuis mereri contende-
dam. Neq; enim abrumpes, spero,
orsa præclare, deflectes vè itinere,
ad quod conficiendum, nullius te
magis, quàm patris vestigia exci-
tent; qui viâ haud aliâ in id enisus
culmen est, quod, ut amplissimū,
ita ad concipienda eadem vota
alios facile incendat. Multa
inani splendore fallacique dulcedi-
ne

ne

ne illicitum animos ac trahunt. Sed
neque certus ac stabilis eorum u-
sus est, & sæpe id ipsum in malum
vertit, quo obrepuerant antea. Li-
terarum ac studiorum fructus nū-
quam intercidunt; nec supra eas
tantum sunt positi, verum adver-
sus eosdem quoque efficacissima
remedia promittunt, jucundissimi
pariter & saluberrimi in omne ge-
nus vivendi. Hos carpe igitur,
CHRISTIANE SIGISMUN-
DE, dum licet, hos collige sedulo
& prome olim feliciter, cum sequi
non modo, ut in præsentibus; sed æ-
mulari adeo atque referre poteris
patrem ingentem. Wittenbergæ a.
d. X. Nonas Sextil. A. clō lōc LV.

AUGUSTUS BUCHNERUS.

ERRATA.

- Pag. 6. post Dedicationem lineapenuult. pro
Impetum, scribe *impetus*.
- Pag. 11. lin. 20. *Et justas*, scribe, *nec justas*.
- Pag. 13. linea 18. *Celestia*, scribe, *calesti*.
lin. 19. *Calesta*, scribe, *calestia*.
- Pag. 18. lin. ult. *vicissimo*, scribe, *vilissimo*.
- Pag. 24. lin. 17. *cusarit*, scribe, *luserit*.
lin. 28. *evilucit*, scribe, *eviluit*.
- Pag. 39. lin. 3. *munum*, scribe, *manum*.
- Pag. 43. lin. 6. *contendit*, scribe, *continet*.
lin 7. *altissimi*, scribe, *altissimè*.
- Pag. 48. lin. antepenult. *referende*, scribe, *rese-
renda*.





INter cætera oratorum opera,
quæ plura variaque sunt, & **C**ON-
SOLATIONES veniunt: qui-
bus ægri & suis juxta ac alienis ca-
sibus exulcerati animi levari sanarique
solent. Ejus generis Orationes tres,
sive Epistolas nominare malis, reli-
quit Seneca. Sed quæ ad Helviam ma-
trem legitur, ita & sensibus & elo-
cutione, & ordine atque structu-
ra præminet, ut maximorum † vi-
rorum judicio, palmam sibi inter li-
bellos Senecæ poscere videatur. Sæpe
solandi alios & erigendi jacentes in
luctu causæ incidunt. Ut itaque æ-
muli artis dicendi exemplum, quod
imitentur, haberent egregium, con-
stitui mecum, hunc ipsum libellum,
quod bene vertat Deus, publicè inter-
pretari deinceps. Neque enim im-
petrare potui à me, ut absoluto non i-
ta pridem tertio Quæstionum Natur-
galium libro tam disertum & sapien-

A

tem

† *Justi Li-
psij.*

tem auctorem deponerem de manibus:
quem volutare versareq; assidue cum
voluptati incredibili, tum & saluti fo-
re existimabam. Morantur pulcher-
rima quæque ac detinent: & ægrè di-
mittitur, quod semel animum in ad-
mirationem sui amoremq; haud trala-
titiè accendit. Negligere verò, quæ
magnas utilitates promittant, vecor-
diæ assidet: in sanum & frugi homi-
nem non cadit. Sed priusquam ipsū
libellum sumam in manus tractem-
que pro cathedrâ; præfari hîc ve-
lut nonnulla, & explicare in ante-
cessum placuit; ne, quando ventum in
rem, necesse sit, aut odiosè in prole-
gomenis, quæ vocant, trahere tempus:
aut prolixioribus scholis morari ala-
critatem eorum ac impetus; qui dum
festinant ad alia, in evolutione unius,
quamvis egregii operis hæere diutius
indignantur. Quid quod audita se-
mel facile transeunt: cum contra usus
eorum perduret, qui repeti sæpius ac
legi possunt. Valeria Messalina, Clau-
dii Imperatoris uxor, melioris forme
quàm animi, cæterum profligatissimi
pudo-

pudoris mulier, Juliam, fratris Germanici filiam, æmulatione ardens, ferre non poterat. Eam ut submoveret igitur, cum aliarum rerum, tum adulterii quoque insinulavit, ei que crimini innexuit Senecam; apud maritum nimium quam uxorium facile obtinens, ut acta primùm extorris Julia mox necaretur; Seneca vero in Corsicā depelleretur exul, Agrippinæ * demū favore ac beneficio (hanc Messalina, sublatā conjugē alterā Claudius duxerat) revocādus. Suillio apud † Tacitū, *justissimum exilium sub Claudio pertulisse* Senecam; & paullo post, *domus Germanici adulterum; itemque Principum fœminarum cubicula corrumpere*, increpat. Falsissimè, sicut opinor, & ira odioq; adversus Senecam incitatus. Ne se refelleret scilicet, & redargueret crimina, quæ impegisset. Videtur enim Messalina, cum Juliam Senecamque evertere vellet, immisisse Suillum, venalem terribilemque continuis accusationibus, ejusq; ingenio & voce in deferendis in fontibus usa. Enimverò, quæ increpationem Suillii adversus

A 2

Senec-

* Tacitus

XII. *Annal. cap.*

VIII.

† XIII. *Annal. cap.*

XLII.

* XIII. An- Senecā apud Tacitū mox insequūtur, id
 nal. cap. nō obīcurē videntur evincere. Suetoni-
 XLIII. us, Julias, alteram Drusi, alterā Germanicī
 † cap. xxix. filiam, crimine incerto, nec defensione ullā
 datā, occisas à Claudio, in ejus vita
 † perstringit. *Incerto*, ait: an quod
 non satis cognitum, ecquid illa-
 rum criminis foret? an, quod de fide
 illati & veritate, ambigeretur? Sed
 meras fuisse calumnias, quibus argue-
 bantur Julię, ex eo conjicere liceat,
 quod nulla delatis data defensio est.
 Diffidebant nimirum architecti crimi-
 num, & metuebant, ne votis excide-
 rent, accusationisq; patefceret vani-
 tas, si, qui inquireret excuteretq;, con-
 cederetur. Facilis quippe de reis victo-
 ria est, cum, qui defendat causam eo-
 rum, non adest. Tacitus certē Juliā Drusi
 dolo Messalinę interfecit, disertē scribit.
 * Annal. Et idē de altera statuendum, quis du-
 XIII. cap. bitet, cum utramque Suetonius con-
 XXXII. jūgat? Tacitus quoq; exiliū Senecę vo-
 † Annal. cat *injuriā*: nō facturū, si Julia, & ipse
 XII. c. VIII infimulati adulterii rei ex vero. De-
 extr. fendēda tā fædi criminis ignominia à
 Seneca fuit: ne viri sanctissimi fama la-
 bo-

boraret hac parte. Nā illis temporibus
novum haud erat innocentes oppri-
mere, patiq; pœnas, non qui comme-
riti essent, sed quorum virtus presenti-
a que odiosa imperantibus ac gravis. I-
ta igitur periit tandem Julia: & in je-
junos Corsicæ scopulos abjectus Sene-
ca est: dignior meliore fato: nisi quod
virtus viri atque constantia magno ex-
perimento probanda erat. Mater Se-
necæ Helvia fuit: quæ gens & † Ciceroni
matrē dedit. Ut in incerto propemodū
sit; majorne ipsi ex eo nobilitas creve-
rit, quod duos hos eloquentissimos & sa-
pientissimos viros genuit; an quod Hel-
vium Pertinacem Imperatorem pro-
creavit. Sed amantissima liberorum
ut erat Helvia; ita imprimis Senecam
videtur complexa, summā & ipsum
charitate in matrem. Approbandum
igitur operosius non est, ingentem i-
pſam dolorem contraxisse ex casu filii,
eumque majorem, quàm suis unius
opibus freta coercere ut posset.
Quapropter solari atque erigere ma-
trem optimam cū eloquentissimus
natus pietatis suæ existimaret, libel-

† *Plutar-
chus in Cic
cerone.*

Vide ipsā
Consolat.
cap. XV.

Ium hunc condidit, & ad parentem
confusam luctu Romam permisit. Non
statim ex quo appulerat Corficam, ni-
dum exilij sui; verum aut exeunte an-
no primo, aut subsequenti initio.
Sæpe se consolandi cepisse impetum,
sæpe continuisse, in præfatione libri i-
pse scribit. Hunc æstum suum dum ex-
plicaret, & expediret propositum, in-
tercessisse moram aliquam spatiumq;
necesse est. Hoc quoque ibidem signi-
ficat recentem matris dolorem se no-
luisse aggredi: veritum, ne immatu-
ra medicinâ exasperaret. Expectasse,
idcirco, *dum ipse vires suas frangeret, &
ad sustinenda remedia morâ*, ut loqui-
tur, *mitigatus, tangi se ac tractari pater-
retur*. Vehementissimus in amissione
suorum matrum affectus est: & contu-
macius turbat, quàm ut componi in
breui animus possit. Quo muliebris
natura mollior, eò mærori succumbit
magis, & impotens sui, quo quid ama-
vit tenerius, hoc impetuosius dolet
ademptum. Quare hi fluctus commoti
animi ut considerent non nihil, pri-
mosq; effunderent impetum, interpo-
nendum tempus aliquod, & danda
quæ-

quædam advocatio fuit. Habemus de
causâ & occasione libri : de tempore
etiam aliquid, quo scriptus. Restat de
mente ipsa, & ordine ejus atque dispo-
situ ut videamus. Præfatus igitur de in-
stitutæ consolationis consilio, eoq; in
partem utramque collatis rationibus
disceptato; ad Consolationem ipsam
procedit: hoc efficacior fore confi-
dens, quod Consolator accederet, qui
videbatur ipse solandus. Fortius ratio-
nibus exempla movent: vadentibus-
que per aspera magnam addit vim, si
quis haud segniter gnaviterque præce-
dat. Non frustra igitur sperabat Se-
neca, suo exemplo magnopere iri ere-
ctum matrem, & æquo animo tolera-
turam exilium filii, quod tanta constân-
tiâ & fortitudine ferre ipsum videret.
Jam duo consolandi genera sunt: RE-
CTUM aliud; & aliud OBLIQUUM.
Illud viriliter agit partes, & sine circu-
sione statim cum dolore concreditur,
& animosè injicit manus, argumenta
depromens, quibus compescat eum &
frangat: hoc arte arreptit, seq; solerter
insinuat, & quem levare meditatur do-
lorem, non approbat tantum initio,

A 4

sed

Cap. I.

† *Vulgò O-*
vidio tris
buitur, at-
que cū ele-
giarū ejus
editur li-
bris.

* *lib. II. Sil-*
var. Carm.
I.

† *Eodē lib.*
II. Silvar.
Carm. VI.

* *lib. de*
Exilio ipso
princ.

† *Ipsò ini-*
tio libri.

sed & accendit, exaggerando eas res, unde illius manarunt causæ, & prius quam solatia conferat, unà luget. Ex isto genere † C. Pedonis Albinovani Elegia, quam ad Augusti Conjugem Liviam in filii scripsit funere, cultissimum Poemation, est. Itemque duo Epicedia Statii, quorum * altero Melioris Glauciam, † altero Piletū Urbi servulum profecutus est. Plutarchus quidem non satis probare videtur hanc rationem, humilem eam & assentatoriam arguēs. Ita n. * scribit: *Oportet a. ei, qui in dolore est, orationem ab amicis adhiberi, non quæ assentatur; sed quæ consoletur. Quippe in rebus adversis non opus nobis est, qui unà nobiscum Tragici in modum chori plorent atq; lamententur: sed qui libere nos moneant doceantq; nos.* Sed hîc & personarum & temporis faciendum discrimen. Cùm primùm inflictum est vulnus, illudq; haud leve; intempestiva atque inanis allocutio fortior est: futura tum demum salubris, cùm intercesserit tempus, & in maturitatem aliquam ire ceperit dolor: quod neque ipse Plutarchus † diss.

dissimulavit, cum Apollonium lu-
gentem ereptum filium conso-
laretur. Porro qui cum severitate
quadam & objurgatorio supercilio,
recenti dolore, teneros animos, acer-
beq; lugentes, aggredi velit; offendet
ac exasperabit citius, quam recipien-
dis solatiis reddet idoneos. *Af-
flicto*, * inquit noster, *Et ma-
gnum vulnus male ferenti, paulisper ce-
dendum est: exsatiat se, aut certè pri-
mum impetum effundat.* Marcellinum
suum Plinius, cum minorem Fundani
filiã obiisse significasset, de suo officio
his verbis † admonet: *Proinde si quas
ad eum de dolore tam iusto literas mit-
tes, memento adhibere solatium,
non quasi castigatorium & nimis forte,
sed molle & humanum: quod ut facilius
admittat, multum faciet mediij temporis
spatium.* Prudenter hæc Plinius, ele-
ganter etiam, quod subjicit mox: *Ut e-
nim, inquit, crudum adhuc vulnus meden-
tium manus reformidat, deinde patitur,
atq; ultrò requirit; sic recens animi do-
lor, consolationes rejicit ac refugit, mox*

A 5

de.

* Epist.
XCIX.
princ.

† lib. V. Ea-
pist. XIV.

desiderat, & clementer admotis acquie-
scit. Proprius igitur in magno ac re-
centi dolore obliquo generi locus est:
atque hoc ipsum eo communius vul-
gatusq; est, quò quisq; ferme amicorū
temporibus adesse maturius cupit. Su-
pra dicebamus, vel unum post annum
hanc Consolationem scriptam | à Sene-
ca. Itaque causa non erat, cur non,
directā uti vellet. In quo tamen id tem-
peramenti secutus est, ut, dum tueretur
libertatem Philosophi, obsequium filii
& reverentiam in matrem ne perdat.
Ante omnia autem id agit, ut matri
pudorem injiciat: gnarus quid in egre-
giis naturis hic soleat facere. Et fuit
Helvia, ut filius describit, magni &
gravis animi foemina, bonæque existi-
mationis studiosa in primis. Itaque ei
ærumnas omnes & casus, in quos inci-
derat hætenus, recenset ordine, & præ-
ter oculos ponit: uti ostendat, quantæ
turpitudini foret, si tot acerba ac dura
cū superasset forti viriliq; animo
hætenus, nunc uni huic calamitati, ut
delicata & mollis, succumberet. Vide-
batur exceptura mater, at qui hoc omni-
um,

Cap. II.

Cap. III.

um, quæ unquam perpeffa sum, graviffi-
mum multò ac acerbiffimum eſt. Nec
negat filius: reſpondet tamen, tanto ſe
fortiorem oportere præbere, & vetera-
nos imitari miſeriarum veterem, qui
hauſti altiffimis licet vulneribus tuen-
tur conſtantiam, & patienter ac ſine
gemitu ſecandos ſeſe medentibus præ-
bent: cùm tyrones contra, vel leviter
ſaucii, vociferentur muliebriter, & o-
pitulantium manus furioſè detractent.
Hæc præparando movendoque paren-
tis animo cum legitimæ veluti prælu-
ſiſſet pugnæ, Conſolationem ipſam ad-
ornat, duo illiq; capita conſtituens, *nec
filii nomine, nec ſuo ac proprio ipſi dolē-
dum.* Quamvis enim extorris & exul
careat patria, nihil in eo ſe pati tamē,
quod miſerum faciat. Et hoc evictō
relinqui, ut neque ipſa miſera ſit, & ju-
ſtas ^{ov} m^{ov}rendi habeat cauſſas. Ac pri-
mò quidem generatim ſe miſerum ex
eo negat, quod nemo infelix ſit, niſi
ſeipſum qui faciat. Ita enim nos à na-
tura, ſeu Deo, (hæc enim * Stoicis
eadem) conditos eſſe, ut vera felicitas
intra nos ipſos tota ſit poſita; nequic-
quam

Cap. IV.

nec
Cap. V.

* Lipsius
lib. 1. Phy-
ſiologie
Stoic. Diſ-
ſert. V.

† *Noster*
passim præ-
cipue Epist.
LXXIV.

Cap. VI.

quam ab externis seu adventitiis rebus
petenda: quarum neque prospera sa-
pientem evehere, deque deprimere
adversa possent. Sed de seipso hoc di-
cere, & vindicare adeo sibi Sapientia
titulum, superbum cum videretur &
arrogans, deprecandae invidiae Sapien-
tem quidem se negat Seneca, Sapien-
tum tamen admiratorem se profitetur;
inque eorum sectam dedisse nomen,
qui, ut ipse loquitur, *facile se & sua tu-*
entur. At qui nam illi sunt? Stoici sci-
licet: † qui sola animi bona, quorum
tutela facilis, quia intra nos posita; ha-
bebant bona: quae extra sunt, ut divi-
tia, honores, gloria, (quae difficulter
parantur juxta & retinentur) bona vi-
deri, non esse: & itaque nihil ad vera
felicitatem facere, contra Peripateri-
cos statuebant. Hanc disciplina imbu-
tum excubuisse se dudum contra in-
sultus fortunae, & obfirmasse animum,
ne bona male statueret, quae crede-
ret vulgus, corruptissimus iudex de
rebus, & ex illius opinionibus aut mi-
serum se, aut felicem putaret. Hinc
speciatim de exilio agit: quod *commu-*
tatio

tationem loci cum definiisset, atque ex
eo & adimi patriam, & paupertatem
ac ignominiam contemptumq; docuis-
set consequi: nihil in ijs mali inesse
ordine (& igitur neque se miserum
esse) ostendit. Ac primò quidem mu-
tare locum carereq; patria, tam grave
ac intolerabile, quàm vulgo putatur,
haud esse, inde declarat, quòd infiniti
mortales, quin gentes integræ relique-
rint ultrò sæpius sedes penatesq; patri-
os, & alii Romam, alii in urbes alias,
non amœnas modò ac oportunas, sed
situ asperas ac importunas demigra-
rint, profecti in exilium quasi. Cujus
rei causam dum querit, ex ipsa animo-
rum nostrorum natura eas arcessit.
Quorū origo cum ex cœlesti descen-
dat spiritu; cœlestia vero motu & agita-
tione gaudeant, (quod astrorum & Dei
ipsius exemplo probat) inde mobile
nobis & inquietum, & avidum novita-
tis ingenium, cum naturali quadam ir-
ritatione commutandi loci & transfe-
rēdi domicilii inesse ait. Inter ista cū
multa de migrationibus gentiū earūq;
caussis differuisset, atque sic meminisset
etiā, nonnullos profectos & exules
pa-

pa-

patriâ novas urbes regnaq; condidisse
 Cap. VI I. peregre, quædam eorum exempla, ut
 Antenoris, Evandri & aliorum addu-
 cit. Hinc ad Corsicam quoque, quò
 Cap. VIII. relegatus, convertit se, & quoties illa
 mutarit colonos explicat: in summâ
 concludens, vix ullam reperiri terram,
 quam insititii & alieni non incolant
 pulsî indigenis inde, aut jam extinctis.
 Quæ omnia eò pertinent, ut significet,
 in loci mutatione nihil mali ponen-
 dū. Neque enim tot homines, tot gen-
 tes, commigrasse aliò, si iis ita fuisset
 visum. Quid enim attinere magno-
 pere mutare sedes? Quocunque vene-
 rim9, patere naturæ, seu† mundi usū: &
 suas quemque virtutes secum ferre, in
 quibus præcipuum hominis bonum.
 Quod cum Varronis Brutique firmas-
 set auctoritate, idem denuo urget, & ex-
 plicat: & nullum adeo solum alienū
 homini esse ex eo concludit, quod ubi-
 que vacare contemplationi rerum,
 & indagandis earum causis navare o-
 peram liceat, quæ res in primis homine
 digna. Cæterum occupatò his cogita-
 tionibus animo, & ad conspectū cæli
 si.

† Non ra-
 rò & mū-
 dus Stoi-
 cis Natura
 vocatur
 Lipsius su-
 pra laus-
 dato loco.

Cap. IX.

siderumq; erecto, parum referre, quã
calces terram, hoc est, ubi verferis in-
terim ac maneat. Hinc ad alterum in-
commodum exilii, quod in paupertate
statuerat, per objectionis figuram tran-
sit. *Atqui hæc terra inops bonarum re-
rum & sterilis, & auri argentiq; expers
vix incolentibus satis tutelæ atq; presidio
est.* Ad hoc respondens, nihil in pau-
pertate inesse mali primò ex Sapien-
tū placitis docet. Hos enim præcipere,
non in terrenis tenendum animum,
sed ad cælestium spectacula, qui-
bus obstant illa in divitiis & volu-
ptatibus falsò credita bona, sustollen-
dum. Quare haud grave futurum exi-
lium, ubi vacare huic curæ, & exercere
virtutem liceat. Nam humile tugurio-
lum etiam formosius templis omnib;
videri, ubi justitia, ubi prudentia, pietas
conspiciatur. Hoc M. Marcelli exem-
plo & M. Bruti iudicio cum appro-
basset, posuissetq; pauxillum esse, quod
requiratur ad tuendam vitam; idque
nemini, penes quem virtus sit, deesse
posse; in luxuriam, cui nihil satis,
& quicquid in promptu est, sordet, fa-
cun.

cun.

Cap. IX. tuncdè, ut solet, invehitur : indeque
 extremo & concludit, exulis paupertatem nullū
 X. itemq; habere incommodum; neq; enim ul-
 Xto. lum tam inopem fore exilii locum, quā
 † *His rebus* ræ, quæ paucis contenta, necessitatē;
eum præ- non libidinem atq; cupiditatem ani-
dicat Cice- mi sequi velit, cui nec integra regna
ro Oratio- sufficiāt. Fuit M. Marcellus, cui hinc mē-
ne pro tio fit, † ex nobilitate Romana, probi-
Marcello tate, innocentia & optimarū artiū stu-
cap. i. extr. diis clarus in primis : Consul etiā cū
 * *Idem* Servio Sulpitio anno urbis conditæ
Lib. IV. DCCII. quem magistratū *magnificētis-*
ad Famil. *simè atq; optimè gessisse,* * Cicero te-
Epist. VII. stis est. Hic, ut erat amantissimus pa-
 † *Dio Cas-* triæ & studiosissimus, ita acerrimè †
fius lib. XL Cæsari haud in occulto molienti res
Hirtius novas perpetuò obstitit, & impoten-
VIII. de tem ejus ambitionem, quibuscunque
Bello Gall. posset modis, contendit infringere.
cap. LIII. Quocirca etiam, cum motum esset Ci-
Sueton. vile bellum, Pompejum, qui Reipub.
Cæsare c. causam videbatur defendere, secutus
XXIIX. & est. Sed eo victo in Thessalia acie, cū
XXIX. se reciperent alii in Africam fugā,
 Vide Ci- renovaturi bellum; alii victoris cle-
 cer. l. IV. men-
 ad Famil.
 Epist. VII.

mentiaē sese permitterent ; neutrum
secutus Marcellus est , detrectans cer-
tamen, cū abieciſſet vincendi ſpem;
& ſua perſona indignum ratus ſuppli-
care Cæſari, cjuſ molitionibus haec-
nus tam fortiter adverſatus fuiſſet.
Quapropter nec in Italiam redire vo-
luit, ne ea ibi, quæ nollet, videret :
& potius duxit, carere patriâ, & Myti-
lenis, Leſbi urbe, reſiſtere voluntario
exilio ſibi indiçto. Idigitur magno
ac virili animo toleraſſe, & literis ibi
ac ſapientiæ ſtudiis, quibus facile ac-
quieſcit ſui rerūq; intelligens animo,
vacante, ex Bruto hîc Seneca refertque
& laudat. Quo Ciceronis illud etiam
pertinet, cum ex ipſius Bruti perſonâ
Dialogo de Claris Oratoribus * ita eſt * *Cap.*
loquens : *Maximeque laudandus Mar-* *LXXI.*
cellus eſt, qui hoc tempore ipſo, cū lice-
at, in hoc communi noſtro & quaſi fatali
malo, conſoletur ſe cum conſcientiâ opti-
mæ mentis, tūm etiam uſurpatione do-
ctrinæ. Vidi enim Mytilenis nuper virum,
atq; ut dixi, PLANE VIRUM. Atque
hactenus quidem Seneca nihil incō-
modi cum paupertate conjun-
ctum, ex Sapientum oſtendit
B placi-

p. XII. placitis: nunc id ex cœterorum quo-
que sensu atque iudicio monstrat. Ac
primo quidem ipsorum pauperum, qui
nihil tristiores (quod futurum in
malo,) locupletibus; & lætiores forte
divitibus sint, in pauciores curas di-
stricti. Deinde ipsorum locupletium:
qui pro temporibus quandoque simi-
les se pauperibus faciant: ut in pere-
grinatione & itineribus faciendis, cum
contrahunt sarcinas, paucosq; assu-
mant comites: item in expeditione
castrensi, cum omnem apparatus sub-
movent: denique, cum certis diebus
nonnulli, viliter de industria vestiunt,
viliter cœnant. Quorum quidem stul-
titiã irridet hîc Seneca, quod tunc
affectent paupertatem, quam timeant
aliàs ac fugiant. Possit nonnullis con-
trarius sibi videri Seneca, quod repre-
hendat hoc loco, quod commendat
alibi & sequendũ proponit. Ita enim
ad * Lucillium suum scribit: *Cete-
rum adeò mihi placet tentare animi tuã
firmitatem, ut ex præcepto magnorum
virorum tibi quoq; præcipiam, interponas
aliquot dies, quibus contentus minimo ac
vitisimo cibo, dura atq; horrida veste,
dicas*

* *Epist.*
XVIII.

11

dicas tibi: HOC EST QUOD TIME-
BATUR? Et rursus: † Necessarium er. † Epist.
go iudico id, quod tibi scripsi, magnos XX. extr.
viros saepe fecisse, aliquos dies interpo-
nere, quibus nos imaginariâ paupertate
exerceamus ad veram: quòd eò magis fa-
ciendum est, quòd deliciis permaduimus,
Et omnia dura ac difficilia iudicamus. Sed
laudat in istis locis hoc institutum,
quatenus ad exercitationem & disci-
plinam facere potest: in nostro libel-
lo id reprehendit, quatenus voluptas
attenditur, atq; id quæritur, ut hac vi-
cissitudine divitiarum ac abundantie
tædium subleuetur. Quò respexit Ho-
ratius cùm Mecænatem suum his ver-
bis vocaret ad cœnam:*

Fastidiosam desere copiam, Et
Molem propinquam nubibus arduis:
Omitte mirari beate

** lib. III.*
Carm. O-
de XXIX.
v. 9.

Fumum, Et opes strepitumq; Romæ.
Plerumq; gratæ divitibus vices,
Mundæq; parvo sub lare pauperum
Cœna, sine auleis Et ostro
Sollicitam explicuere frontem.

Quare non tam formidabilem pauper-
tatem & detestandam esse: quæ, si exē-

B a pla

* in Apolo-
gia profe

pla vetera respiciamus, sancta, & ve-
nerabilis & gratiosa potius videri pos-
sit. Homerum enim, Platonem, Ze-
nonem etiam conditorem Sectæ Stoi-
cæ in Græcis: Menenium Agrippam,
Atilium Regulum, Scipionem in Ro-
manis, (at quantos viros? quam de Ro-
mano Imperio, quin universo huma-
no genere clarissimè meritos?) pau-
peres fuisse. Egregium paupertatis
elogium * Apulejus reliquit, in quo
multa leguntur quæ illustrando Sene-
cæ faciant. Sed id prolixius est, quàm
totum adduci ut commodè queat. Nō-
nulla tamen excerpere, haud superse-
debo. *Maxima, inquit, quæq; scelera,
si ex omni memoria hominum percense-
as, nullum in illis pauperem invenies: ubi
contra hæc temerè inter illustres viros &
divites comparent. Sed quemcunq; in
aliquâ laude miramur, eum paupertas ab
incunabulis nutrita est: paupertas in-
quam, prisca apud secula omnium civi-
tatum conditrix, omnium artium re-
pertrix, omnium peccatorum inops, omnis
gloriæ munifica, cunctis laudibus apud o-
mnes nationes perfuncta. Eadem n. est
paupertas apud Græcos in Aristide iusta.*
in

in Phocicone benigna, in Epaminōda strenua, in Socrate sapiens, in Homero diserta. Eadem paupertas etiam Pop. Rom. imperium à primordio fundavit, proque eo in hodiernum Diis immortalibus simpulo & catino sacrificat. Cùm Scipionis mentionem Seneca facit, Africanū intelligi, ex eo colligas, quod de tributo Carthaginiis subjicit. At neque insigni paupertate is fuit, & inter ditiores propemodum Apulejo disertè nominatur. Non habuit, inquit, tantam rem familiarem Philus, quantam Lælius; nec Lælius, quantam Scipio; nec Scipio, quantam Crassus dives: at enim nec Crassus dives, quantum volebat. Duas filias P. Scipioni Africano Livius etiā tribuit: sed accepisse ex ærario dotem, quia nihil ipsis reliquerat pater, quod Seneca scribit, de eo nihil commemorat. Quin contra utramque potius collocatam à patre superstite, desponsatā certe, idem significat. Sed vacillantis memorię error, & scriptiois festinatio effecerunt, puto, ut Africano tribueret, quod Cneo Scipioni debebat. Hic fuit † Africani Patruus, primus Ro-*

B 3

mani

* *lib.*

XXXIX.

cap. LVII.

† *Livius*

l. XXVIII.

c. XXXII.

lib. IV.
Cap. IV.
Exemplo
X.

mani nominis in Hispaniam missus. Qui cum haberet filiam nubilem domi, ad Senatum ex provincia scripsit ac petiit, ut sibi successor mitteretur: quod sine se expediri dos natae haud posset. Senatus continuandum ratus imperium duci egregio, & interrumpi tenorem rerum, in quibus peragendis continuatio ipsa efficacissima esset, minime convenire, paternas partes recepit in se, & erogata constituta dotis de aerario summa, nuptum dedit puellam, ut Valerius Maximus narrat. Hinc Apulejus statim post illa, quae primo loco supra adduximus: *Quod si modo Judices, ait, de causa ista sederent C. Fabricius, Cneus Scipio, Manlius Curius, quorum filiae, ob paupertatem de publico dotibus donatae ad maritos ierunt, portantes gloriam domesticam, pecuniam publicam: si Publicola regum exactor, & Agrippa populi reconciliator, quorum funus ob tenues opes a Pop. Rom. collatis sextantibus adornatum est: si Attilius Regulus, cujus agellus ob similem penuriam publicam pecuniam cultus est: auderes ne paupertatem Philosopho exprobare apud tot Consules pauperes?* Hinc contra reliqua

liqua duo incommoda, *ignominiam* atque *contemptum*, styli expedit aciem: iterum objectionis usus figura. Est autem *ignominia* judicatio, quæ pudorem exprimit, & notam seu maculam nomini nostro seu famæ affert. *Contemptus* despicientia est, ad ludibria usque & contumelias aliquando erumpens. Ita in carcerem conjici, repulsam pati; *ignominia* est. Quòd vel male noxæ rei videmur, vel indigni ac impares petijisse, arguimur. Utrumque contra existimationem est. At irrideri, & subfannari, aut luto conspergi, contemptus est. Nam qui hoc facit, despicit, & illum, cui facit, animo juxta & ulciscendi facultate destitui contemptum putat. Sic *ignominia*, honori & gloriæ: *Contemptus*, auctoritati & reverentiæ opponitur. Objectionis ita habet: *tolerabilis loci mutatio, tolerabilis etiã paupertas in exilio est: sed unde ignominia, & contemptus absit, qui morte ipsa gravior est.* Ad hæc ex * Stoicorum placitis respondet: Si contra unum fortunæ incursum satis roboris in ratione & virtute positum est; idem adversus omnes valebit. Neque enim singula

* Vide
Lips. lib.
III. Man.
nud. ad
Philosoph.
Stoic. Dis-
sertat. IV.
& XX.

† de hac
constantiâ
Socratis
vide Seneca
Epist.
etiã CIV.
sub f.

* Seneca Epist.
CIV
extr.

vitia ratio, sed pariter omnia proster-
nit, & uno victo omnia vincit. Quare si
loci mutationem, si paupertatem fer-
re contigerit, nec ignominia succum-
bet. Non pendere à vulgi Sapientem
judiciis; rationem sequi: à quâ si abso-
lutus fuerit, parvi æstimaturum, quid
de se alii sentiant, Ita † Socratem eo-
dem vultu ac securitate animi intrasse
carcerem, quâ adversatus ante fuerat
tyrannis; ita Catonem nihilo tristi o-
rem discessisse è campo, Præture &
Consulatus passum repulsam; quàm
petitor in eum descenderat. Adeo e-
nim nec puduit eum, nec doluit; ut
eodem, quo excidit, die in ipso Comi-
tio, loco frequentissimo orbis, * Cuserit
pilâ. Irrisurus quasi levitatem vulgi
ludicro huic comitiorum rationem
comparans: quæ plerumque honores
ad eos deferrent, non qui dignissimi,
quod debebat; sed in quos maxime
cæcus inclinasset favor: perinde ut pi-
la non cadit illis tantum, qui ludunt
optimè; sed in quos jactus & fors teme-
rè impegit. Jam neminem evilesce-
re contemptu, ni sibi met ipse evilue-
rit ante: hoc est se ipsum humilitate ani-
con.

mi contemptum fecit. Nam qui erecto
& supra casus suos elato animo est, ad-
mirationem sui potius & reverentiam
intuentibus exprimere, quàm conte-
mtum incurrere. Sicuti enim natura-
liter homines in univ[er]sum afflictis fa-
vent; ita honori etiam & venerationi
esse solent, qui inter ipsas calamitates
magnos & generosos spiritus gerunt.
Ut ipsæ miseriæ illos, in quos incide-
rint, non secus ac infulæ, seu filamen-
ta illa lanea, Sacerdotes ac supplices
sanctos ac inviolabiles faciant. * Spre-
vit Persea, neq; audire dignatus est
Paullus Æmyliûs, quòd ipse sprevisset
ante se, indignum benevolentia
ratus, qui eo humilitatis victus li-
cet captusq; descenderat, ut se, & tan-
to satum Rege, quantus Philippus fu-
erat; & tantum Regem ipsum fuisse,
plane videretur oblitus. † Porus Indo-
rum Rex, saucius ex pugna, & elephan-
to, quo vehebatur, delapsus in Alexã-
dri victoris manus pervenerat. Hic à
Macedone interrogatus, *que ipsum
vesania in arma egisset adversus se, clarum
& maximarum rerum famâ, & posthac
clementia quodq; insignem* liberrimè re-
B 5 spon-

* *Plutar-
chus in vi-
ta Æmylij.*

† *Curtius
lib. VIII.
extremo.*

spondit: *Neminem fortiozem me censui.*
Nunc quia aliter definivit hanc vitam ex-
itus, cedo tibi: sic satis felix, quia secun-
du. Rursus cum Alexander quaesisset
ecquid *Victori de se statuendum putaret?*
Hoc ipsum, inquit, quod inculcat hic di-
es, qui documento tibi est, quam caduca
& fragilis res sit, humana felicitas. Quam
magnitudinem animi ejus interritam,
nec tam atroci infractam casu adeo ad-
miratus Alexander est, ut non mise-
ricordiâ tantum, sed honore quoque
excipere dignaretur. Curavit ægrum
ex vulneribus: inter amicos convale-
scentem allegit: eidem post paullo &
regnum reddidit pristinum, & ampli-
us dedit. Usque adeo Virtus egregia,
quod idem Æmylius dicebat verissime,
vel apud hostes ipsos benivolentiam
conciliat miseris: cum in secundis etiâ
rebus contra contemptui esse sordes at-
que ignavia soleant. Sed regum exem-
plis abstinens Seneca (forte quod ma-
ora existimaret, quam quæ mulieri
instituendæ possent congruere) Aristi-
dis maximè utitur. Et unum illud u-
trumque videbatur ostendere, & con-
temnendas contumelias vulgi, viris
ma-

magnis: & casus magnorum virorum
apud homines misericordiam ac bene-
volentiam movere. Sed dum enarrat
hoc Seneca, videtur rursus memoriæ
credidisse temere, cum aliud pro alio
non bonâ satis fide subjiceret no-
men. Varias † Plutarchus de Aristi-
dis excessu sententias refert. Supplici-
um sumtum de eo, nec dicit; & contra
disputat potius, obiisse Athenis suâ
morte, & publicè ibi sepultum. Cum
deduceretur damnandus Athenas cum
aliis Phocion, conspecto eo, ut narrat
* Plutarchus, confusi optimates pu-
dore, dejecerunt capita, fuderuntque
lacrimas, quibus tanti viri fortunam
deplorabant. Idem damnatus capi-
tis cum duceretur in carcerem ad e-
bibendam feralem illam cicutam, &
cæteri quidem excelsum ac imperterri-
tum ejus animum non sine stupore
quodam aspicerent (nihil enim con-
fusionis notabant in vultu, tranquil-
la omnia ac læta, & ad majestatem com-
posita erant, quales magni Duces cõ-
cionibus digredi solent) unus ex ini-
micorum, quæ præcurrebat, turba, in-
spuitavit in frontem ejus; tum ipse cõ-
ver-

† *in Vita
Aristidis.*

* *In vita
Phocionis.*

ver-

versus ad magistratus: nihil aliud, quã,
Ergone est, inquit, qui hunc castiget im-
probulum? Procul dubio hæc reputabat
apud animum Seneca, cum istum locum
tractaret: sed per errorem Aristidi re-
tulit, quæ inscribenda Phocioni fue-
rant; & dictum ipsum paullo argutius
reddidit, quàm Phocioni prolatum ac-
perat. Alia objectio illorum erat, *qui*
contemptum, morte ipsa acerbiores pro-
nunciarent. Ex quo id sequebatur; exi-
lium malorum omnium gravissimum
esse ideo, quod illud comitetur con-
temptus. Respondet, sepe exilium con-
tètu carere. Népe cū magni viri exulāt.
Quos eadem reverentia afflictos se-
quitur, quæ comitata integros fuerat
Id quod sacrarum ædium similitudine
probat: quarum ruine æquè in venera-
tione religiosis sint; ac ipsæ fuerant
ante, cum starent. Quod verum maxi-
mè in innocentibus est, & qui com-
meriti non sunt, quas luunt pœnas.
Supra ostendimus injuriã relegatum
Senecam. Poterat igitur, quod hîc po-
suerat, ad suum applicare casum solã-
de matri. Sed nihil ejus fecit, modesti-
partim

partim, partim securitatis causa. Arrogans videbatur, se inter magnos viros referre, quos nominaverat. Dein, jactare innoxium se, quid aliud erat, quã Claudium ac Messalinam arguere? Ex quo timendum, ne irritati vitam ipsã adimerent, qui larem domesticum, & charissimorum amplexus ademerant. Nota quippe ipsi & vecordia Claudii, & Messalinæ impotentia atque savitia erat. Hactenus primum consolationis caput fuit: quo docuit, nihil habere matrem, quod filii exulis causa jure doleret. Sequitur alterum, in quo ostendit, neque ex ipsa habere matrem, quod inter exilium filii affligere vellet animum ac cruciare. Cumq; duo esse intelligebat, quæ luctum dolorẽq; ejus accendere maximè poterãt; primò, *quòd amisisse in filio præsidij videretur haud parum*: deinde, *quod per materni affectus magnitudinem absentiam ejus tolerare haud posset*; adversus utrũq; insurgit armis. Prius per se concidere ex ipsa modestia animi ejus atq; quiete, demonstrat: quæ procul ambitione omni ac cupiditate potentia, nullius præsidii

Cap. XIV

præsidii egeat; eamq; ob causam fili-
os, non quod per honores eorum ac o-
pes posset multum, amarit hactenus;
sed quia nati essent ex se: gavisâ bonis
eorû, non usa. Quare neq; desideraturâ
erepto filio, quæ nec incolumi perti-
nere ad se existimavit. Hæc leviter per-
stringit, quod operosius matri proban-
da non erant, ut indubitata & certa.
Ad revincendum alterum, majores co-
pias contrahit, & ingruit densior. Ibi
enim omnis vis materni doloris vide-
batur consistere. Primò autem ex Hel-
viæ ipsius personâ maximè recenset o-
mnia, quæ matri, & amantissime filii
matri, aut excitare desiderium, aut in-
citare dolorem possent. Quò illud ma-
ximè refert, quod reditura in Hispani-
am non discessisset citius; aut non di-
utius restitisset Romæ. Si fuisset pro-
fecta maturius, majoreq; abfuisset tē-
pore, emolliisset desiderium ejus ipsa
consuetudo absentia & intervallum
locorum: sin restitisset diutius, potuis-
set biduo amplius conspectu atq; am-
plexu filii frui. Nam triduo post, quàm
erat profecta, damnatus fuit. Videtur
Helvia, quæ Justi Lipsii conjectura est,
post

post mariti excessum, remigrasse in
Hispaniam, ubi patriam, patrem, a-
micos, opes habebat, Romæ relictis
liberis, & grandibus quidem, & digni-
tate publicâ præditis. Hinc noster:
*Bene nos, inquit, longinquitas locorum
diviserat: neq; enim exiguo spatio Ro-
mâ Hispania distat. Post annos igitur
aliquot visendi liberos desiderio pro-
fecta est Romam: quò illa spectant:
Bene aliquot annorum absentia huic te
malo preparaverat: redisti, non ut volu-
ptatē ex filio perciperes, sed ne cōsuetudinē
desiderii perderes.* Interim cū maneret
Romæ, accidit, ut filium parvulum a-
mitteret Seneca: quem ubi funerave-
rat, valedixit mater, & reditura in Hi-
spaniam discessit. Biduo post relega-
tur Seneca: mater accepto tam tristi &
inopinato nuncio in viâ (simul enim
& accusati Seneca Juliâq; & damnati
videntur) retrò convertit iter Româ,
compositura, ut verosimile, turbatam
præcipit casu filii domum, & ut uxori
ac liberis præsidio atque solatio esset.
Tertio die audiisse fatum filii in iti-
nere, redisse Romam, ex præsentī loco
constat. De filii funere ex eo clarum,
quod

*Cap.II.

quod supra * dicit : *Intravigesimum di-*
em,quàm filium meum in manibus & in
osculis tuis mortuum funeraveras, raptū
me audiisti. Audiisti dixit, quia pro-
fecta & absens videre non potuit, &
interesse damnato. Hæc paullo didu-
ctius explicanda fuerunt, illustrando
loco: nunc redimus, unde sumus di-
gressi. Cæterum tanto acrius matri
nitendum contra, quæ exposuerat,
monet, quò duriora ipsa essent; & dan-
dam operam, ne nunc dejiciatur gra-
du, quæ toties ante contra dolores ac

*Cap.II.

*luctus stetit invicta, quòd * supra ei-*
dem inculcaverat. Poterat mater exci-
pere: quandam prærogativam mulierum
esse, ut immoderatè plorent; ad id respõ-
det, igitur: esse lugèdi aliquod jus mu-
liebrigeneri datū præviris, nò tamè im-
mensum: ut regeretur eorum imbecil-
litas, non permitteretur sibi in infini-
tam licentiam. Itaq; non imitandas i-
psi illas ait, quæ ruptis rapagulis omni-
bus perpetuo filiorum luxerunt casus:
sed illas potius, quæ forti animo suorū
tulerunt amissiones: qualis Cornelia,
Gracchorum mater, itemque Rutilia,
fuit, quas ipse Seneca nominat: illas
n.

n. nominatim haud profert, ad ea exempla respiciens, quæ ab se satis noverat mater. Octavia, Augusti Soror, Marcellum ereptum ita luxit, ut nullum finem per omne vitæ suæ tempus, ut noster † alibi narrat, flendi gemendiq; faceret. Pomponiam Græcinam, post Juliam Drusi interfectam Messalinæ dolo, per quadraginta annos, (tot supervixit) non cultu, nisi lugubri; non animo, nisi mæsto egisse, * Tacitus scribit. Sed neutram, opinor, respexit Seneca. Octaviam enim mortuam ante, quàm Helvia primùm veniret Romam, vero admodum simile est: de luctu tamen ejus ante audire potuit. Jam luctus Græcinæ tum primùm cepit, cum in exilium Seneca esset depulsus. Nam Juliæ fatum, cum casu Senecæ connexum fuit. Et vix dum, aut nondum fortean, interfecta Julia fuit, cum Seneca ista scriberet. Interim dum hæc exsequitur de modo luctui ponendo, quem inter pietatem & rationem (nam nullo doloris sensu tangi, impium seu inhumanum est: & infinito affici, indulgentia stulta) definit, cum de virtutibus matris perstrin-

† *Consolae ad Marciã cap. II.*

* *Annal. XIII. cap. XXII.*

git,

git, quibus præminéat, superior secu-
 li moribus, quos impudicitia, luxus, et-
 iam cum pudoris incuria, divitiarum
 insana cupiditas, tum nimium atque
 immane formæ studium infamet. *Im-*
mane dixi, quòd eò impietatis non nul-
 læ procederent, ut absconderent non
 tantum uterum gravem, ne invenustè
 viderentur; sed intra viscera etiã con-
 ceptas liberorum eliderent spes, ne for-
 mam pariendo corrumperent. Taxat
 graviter hæc Juvenalis, * & adeo inter
 summates ac nobiles fœminas Romæ
 invaluisse perstringit, ut raras ex eo
 genere in puerperio cubare indigne-
 tur Satyricè, cum ope sagarum plerè-
 que, aut sterilitatem præbiant, ut
 † D. Hieronymus loquitur, aut her-
 bis conceptum utero dissolvant.

* *Satyræ*
 VI. *quæ to-
 ra in lace-
 randis mu-
 lierum Ro-
 manarum,
 & lautio-
 rum in-
 primis, vi-
 tiis occu-
 patur.*

† *Epist. ad
 Eustochiũ
 De Custodi-
 enda
 virginita-
 nitate.*

*Sed jacet, inquit, aurato vix ulla pu-
 erpera lecto:
 Tantum artes hujus (maleficæ) tantũ
 medicamina possunt,
 Quæ steriles facit, atq; homines in
 ventre necandos
 Conducit.*

* *lib. XII.
 Cap. I.*

*Est & Phavorini apud * Gellium dis-
 sero*

Tertatio elegans, ubi adversus hoc ma-
trum genus communi omnium odio
dignum, his verbis invehitur: *Pleræ-
que, inquit, istæ prodigiose mulieres fontem illum sanctissimum corporis, generis
humani educatorem, arefacere & extin-
guere cum periculo quoq; a versi corruptiq;
lactis laborant; tanquam pulchritudinis
sibi insignia devenustet, quod quidem faciunt eadem vetordia, qua quibusdam
commentitiis fraudibus nituntur, ut factus quoq; ipsi in corpore suo concepti abortiantur: ne equor illud ventris irrugetur, ac de gravitate oneris & labore virtus fatiscat.* Sed cum liberrimi nostri affectus sint, & minimè serviant, dolor cum maximè, itaque unius nostræ opis haud sit, compescere eum atq; in ordinem cogere; idcirco deinceps de acquirendis auxiliis monet, quibus ad- juta, comprimere ægritudinem animi & luctum vincere liceat. Hic rejicit primò, quæ vulgò remediorum vice adhiberi solent, *spectacula, peregrinationes, negotia*: quæ voluptate quidem aliqua, aut occupatione interquiescere, non tollere; atque sopire quidè dolorem possunt; non, ut sic dicam

† *Epist.*
LXXXVIII.

dicam, perimere: quippe post brevi cū
tibi redditus fueris, ac solus relictus,
recruditurum, & quasi de somno suo
evigilaturū. Deinde maximum omni-
um & presentissimum medicamentū,
liberalia studia, monstrat. *Sapientia*
scilicet, seu *Philosophia*, intelligens,
que verum docet, virtutem instillat,
& artem regendi animos tradit: dumq;
à servitute affectuum immunes facit,
verissima libertate eosdem donat. *Unū*,
inquit noster † alio loco, *studiū verè li-*
berale est, quod liberum facit: hoc Sapiē-
tia, sublime, forte, magnanimum: cetera
pusilla & puerilia sunt. Ad ea itaq; ma-
trem revocat filius, ut gustata jam an-
te; neque enim se altius iis immerse-
rat: factura tamen, ni rigor antiquus
viri obstitisset. Receptis Græcorum ar-
tibus Romam, cum jam in omne ele-
gantia genus iri certatim esset ceptū,
mulierum quoq; ingeniis studiorum
incessit cupiditas: adeo quidem, ut
antiquæ & rusticæ haberentur, que
matres familiae pudicas tantum sedu-
lasq; promitterent, non item doctæ ac
eruditæ audirent. Itaq; Græcis lite-
ris dare operam, Poetas, Historias le-
gere, omni artium imbui cultu, deni-
que

que Philosophiæ attendere quoq; pul-
chrum atque magnificum statuebant.
Pauce quidem, quod debebant, ut me-
liores fierent: pleræq; , ut scientiarum
honore in vanitatem atq; lasciviam u-
terentur: curiosæ doctrinæ, incuriosæ
pudoris: dum in virilibus curis positæ
virorum consortia studiorum præte-
xtu sequuntur licentius. Hinc * Poe-
ta cayendum ratus uxores tales,

* Juvena-
lis Sat. VI.
v. 446.

*Non habeat, inquit, matrona, tibi quæ
juncta recumbit,*

*Dicendi genus, aut curvum sermone
rotato.*

*Torqueat eurbymema, & historias sci-
at omnes;*

*Sed quadam ex libris & non intellia-
gat. —*

Non hæc fallebant maritum Helviæ;
itaque, ut erat severitatis antiquæ & di-
sciplinæ retinens, haud permisit uxori-
imbui alius literis, ne sciola nimis
ac elegans, aut sperneret virum, aut
morum adiret periculum. Quod fa-
ctum, dum filius queritur, videtur sane
eruditionem in isto sexu non impro-
basse.

† de Con-
stantia Sa-
pientis
cap. XIV.

basse. Quin† alio loco vel necessari-
am maximè judicat, tollendis aut mo-
derandis vitiis, quæ genus hoc aliàs
maximè infestant. *Æquè, inquit, im-
pudens animal (mulier) est, & nisi scia-
entia accessit ac multa eruditio, ferum,
cupiditatum incontinens. Non eruditi-
onem requirit tantum; sed multam; hoc
est justam ac solidam; non levem ac
tralatitiam. At quamnam igitur? Nū
literariam illam atque amænâ? Imò
severam ac Philosophicam, quæ com-
ponat morè animi, & moderetur affe-
ctus, quibus nimis indulgent; & cupi-
ditates refrenet, quæ plures accendūt;
& veras de rebus opiniones inducat,
de quibus sæpiù corruptissimè judicent.
Ad ista igitur studia reverti matrem,
& inde præsidia contra dolorem & e-
gritudinem animi petere, svadet. Sed
quia coluerat leviter ante, atq; diu o-
miserat hætenus, eaq; de re repetere
demum ac retractare necesse esset; ita-
que monstrata ibi à filio arma, quibus
expugnaret luctum, accipere statim
atque induere haud posset; cùm opus
tempore foret quo sibi legendo medi-
tandoque pararet ea atque conficeret;*

ido

idcirco alia quædam secunda & velut
 vicaria levamenta, quorum statim ad
 munū esset copia, substituit, quibus so-
 letur interim se, jacentemque atq; af-
 flictum animum erigat. Ex iis primo,
 reliquos duos filios, fratres suos, M.
 Annæum Novatum, & L. Annæum Mel-
 lam nominat: quos quia secum habe-
 ret Romæ, eorumque præsentia frui
 posset assiduè, non habituram magno-
 pere, cur se abesse, impatientius fer-
 ret. Magnâ utrumq; in ipsam pietate
 esse: itaque nullo officio defuturos. A
 dignitate alterius, multum ornamen-
 ti ipsi haud tantum, verum auxilij
 quoq; si opus, expectandū: in quiete
 alterius oblectamenti plurimum ipsi
 ac voluptatis positum esse. Per *dignita-
 tem*, Senatorium gradum significat, in
 quem Novatus civilium officiorū in-
 dustria erat provectus: per *Quietem*,
 privatam vitam otiumq; intelligit, in
 quod se Mella minor natu dederat, va-
 caturus studiis, contentusq; Equestri
 loco, quo natus. Ita enim † pater i- † *Proæmio*
 pse ad Mellam: *Hæc eò libentius, Mella, lib. II. Cõ-*
fili charissime, refero, quia video animū troversia-
tuum à civilibus officiis abhorrentem, & rum.

* *Annal.*
XVI. Cap.
XVII.

ab omni ambitu aversum, hoc unum concupiscentem, nihil concupiscere, ut eloquentiam tantum studeas. Et paullo post: Erat quidem tibi majus ingenium, quam fratribus tuis, omnium bonarum artium capacissimum: est & hoc ipsum melioris ingenii pignus, non corrumpi bonitate ejus, ut illo male utaris. Sed quoniam fratribus tuis ambitio sacra sunt, foroq; se & honoribus parant, in quibus ipsa, quae sperantur, timenda sunt: ego quoq; ejus processus aliquando avidus, & hortator laudatorq; vel periculosa, dum honeste modo, industria, duobus filiis navigantibus, te in portu retineo. Haec Seneca pater de filiis suis. Caeterum Tacitus de Mel-la aliter, quam genitor narrat; quem a Republica petendisq; honoribus, non lenitate atq; modestia animi, studio-rumq; amore, sed per ambitionem praeposteram abstinuisse * scribit, ut eques Romanus consularibus potentia equaretur: simul quod acquirenda pecuniae brevius iter credebat, per procuraciones administrandis principis negotiis. Filiis, nepotes subjicit: quos cum plures haberet, duos tamen hic tantum nominat, Marcum filium suum, & Novatillam,

lam,

lam, Novato natam. Marci tam lætam
festivamq; indolem, tam dulcem gra-
tamq; garrulitatem prædicat, quæ ne-
minem lacrimis, dolori neminem va-
care sinat. Novatillam vero vel pro se
posse diligi, quippe in quam affectus
suos omnes ita transtulerit, ut non
tam patris, quàm sua possit videri. Hæc,
cùm amiserit matrem, aviæ pietate
niti cum primis debere. In ejus itaque
curâ & educatione dum occuparetur,
futurum, ut alio vocatus animus do-
loris sui obliviscatur. Hinc Patris
Helviæ meminit: qui grandî ætate cū
omnem vitæ reliquæ fructum ac spem
in ejus salute haberet sitam, justum fo-
re, ut ei se servet potiùs, quàm propter
exilium suum sese excruciet atque cō-
sumat. Ultimo loco Sororem ponit:
cujus fidem in Helviam, charitatem
in se; posthæc prudentiam & animi
magnitudinem ideo commendat, ut
ab illis solatium; ab hac exemplum
constantia perendum ipsi commone-
stret. In fine ad primum consolatio-
nis caput regressus quodammodo, de
statu suo exponit: quem lætum & ala-
crem, ut rebus optimis, scribit: nihil

C 5

causæ

Cap. xvi.

† Cicero
Orat. pro
Archiâ
Cap. VII.

Vide Cice-
orn. III. de
Officijs
Cap. I.

causę esse significans cur suo nomine mater dolere velit. *Optimas* autem res in eo ponit, quod liber alienis negotiis animus sibi possit vacare, & ita oblectare otium suum nunc varietate literarum, seu Philologiâ, jucunditateq; carminum (quæ *leviora* illa, quę vocat, *Studia* sunt) nunc mundum circuiens, & speculatione dulcissimâ rerum contemplatus naturam. Hoc illud nimirum est, quod † maximus Orator *ornare* non modo *secundas res*; sed & *adversis* persugium atque solatium præbere dixit: quod *delectare domi, non impedire foris*: quod *pernoctare nobiscum, & peregrinari, & rusticari*, prædicat. Hoc illud est, in quo superior Africanus, quietem suam, cum â Repub. se recipisset in otium, composuit, quod conlectatus Cicero est, cum abstineret negotiis, oppressaq; Rep. vi improborum ac malis artibus, & viris & consiliis bonis amplius locus haud esset. Enimverò magni & sapientes viri otium suum, in quod cõjecti fortunæ culpa, aut quod sumserunt sponte sibi, exire iners, aut voluptatibus torpere nolunt: occupant illud,

lud,

Iud dignis se atque præclaris studiis: &
nunquam minus otiosi sunt, quàm cū
otiosi. Nunc in conspectu sibi ponunt
omnes res, ex quibus contextus est
iste orbis: scrutantur indagantq; e-
arum causas: quod contendit osten-
tatq; calamitatissimè vestigant aut lu-
strant: quod deprimit terra ac tegit
profundè, invidæ similis; aut promit
benigna, inspiciunt cum cura, vel tra-
hunt in lucem. Nunc disciplinas or-
dinant digressi ad homines: moresque
& actiones nostras componunt. Lo-
quuntur cum præteritis seculis, futura
ordinant, unde documenta posteri
atque consilia petant, salubriter stru-
unt: interque ea non genti uni ac ci-
vitati; sed toti humano generi consu-
lunt: multoque de eo merentur pul-
chrius, quàm si versati semper fuissent
in magistratibus, aut magnos exercitus
duxissent. Nam ut contingat ita servare
patriam, tueri fortunas & capita civi-
um; id sine cædibus tamen & sanguine,
& plurimorum exitio atque ruinis effi-
ci haud potest. Magnorum doctorum-
que virorum monumenta illustra,
nulli incommodo noxæque sunt; pro-
sunt

tinet

*sb 113 7
15310073
13 1113*

sunt ex æquo omnibus, salutem omni-
um agunt & operantur. O præclara
res otium, non segne illud ac volu-
ptarium; sed sapiens istud ac literatū!
O magna & salutaris in publicum; quæ
tot egregia nobis & immortalia opera
procudisti! Verè dixerim, quicquid
illustre atque eximium, & pari admi-
ratione ac utilitate legimus publicè,
otio debemus. Felices igitur, qui nacti
hoc sunt! at salutare, qui bene &
laudabiliter collocarunt. Qui secreta
suorum secessuum, & amœnitates vil-
larum, qui omnes vacationes suas, nō
somno, ludorumve ac conviviorum
voluptatibus; sed literarum & Sapien-
tiæ impenderunt studiis: dumque seclu-
si & in obscuro velut videbantur age-
re, vigiliis ac lucubrationibus suis in
universum utilitates mortalium pro-
moverunt nobiliter: posita in illustri
famâ, quorum latuerat vita hætenus &
pene sefellerat. Irascimur Claudio, suc-
cēsēmq; Messalinæ, quod innoxium Sene-
cam egerunt exulem: Senecæ ipsi agi-
mus gratias, qui per exilium suum sic
otiatu est, ut hunc egregium libellū,
immò & talios, reliquerit nobis, pa-
rarit

† Ut de
Providen-
tia Sc.

rari certe * eorum digesseritque ma-
teriam, quos æternos & immortales es-
se humani generis, eruditorū certè & e-
legantium hominum interest.

* Ut de
Trāquilli-
tate ani-
mi: de Cō.

*stantia Sapientis: itē. Quest. Natural.
lib. Sane Physiologia dedisse per exiliū
operam, in fine nostri libri evidentèr si-
gnificat.*





Ex plendis pa-

gellis vacuis unum ac alterum de
Exilio locum adjicere
placuit.

Medea apud Euripidem in cogno-
mini Tragædiâ;

Kορίνθιαι γυναῖκες, ἐξήλθον δέ-
μων,

Μή μοι τι μέμψησθ'. οἶδα γὰρ
πολλὰς βροτῶν

σεμνὰς γεγῶτας, τὰς μὲν ὀμμάτων
ἄπο,

τὰς δ' ἐν θυραίοις· ὅς δ' ἀφ' ἡσύχου
ποδὸς

δύσκειαν ἐκτάσαστον, καὶ ῥαθυμίαν.

Quæ ita Latinè interpretatus H U
GO GROTIUS est:

*Ne quæso vitio vertite, Ephyræa nurg,
Patria quod absunt, rem suam multâ
benè*

Et

*Et publicam gessere peregrino in solo
Proculq; ab oculis: desides alios domi
Inertis otii caeca caligo tegit.*

Hunc locum Cicero respicit lib.

VII. ad Famil. Ep. VI. scribens:

Hoc tibi tam ignoscemus nos amici,
quàm ignoverunt Medæ, quæ
Corinthum, arcem altam, habebant
matronæ opulentæ, optimates:
quibus illa manibus gypsatis-
simis persuasit, ne sibi vitio illæ
verterent, quòd abesset à Patriâ.

*Nam multi suam rem bene gessere, &
publicam patriâ procul:*

*Multi, qui domi etatem agerent,
propterea sunt improbati.*

quo in numero tu certè fuisses, nisi
te extrusissemus.

(Versus duo de Ennii Medea sunt:

quam Tragædiam ex Euripide ex-
pressit. Metrum Trochaicum octo-

narium est primo versu *to suam*, cõ-
trahendum in unam syllabam est,

antiquorum Tragicorum & Comi-
corum more, ut *sam* pronuncietur:

In altero syllaba abundat, referendè
ad sequentem versum: iste igitur
hypermeter est.)

Cicero

Cicero Orat. pro domo sua ad Pontifices cap.
XXVII.

Quid est EXUL? ipsum per se, nomē calamitatis,
non turpitudinis. Quando igitur est turpe? reve-
ra, quando est pæna peccati: opinione autem
hominum, etiamsi est pæna damnati.

Idem lib. VII. ad Famil. Epist. III.

Ex omnibus autem iis, quæ dixi, incommodis,
nihil tolerabilius exilio, præsertim innocenti: u-
bi nulla adjuncta est turpitude: addo etiam, cum
ea urbe careas, in qua nihil sit, quod videre possis
sine dolore.

Seneca in Excerptis

Exulabis. Erras: cum omnia fecerim, patriam
meam transire non possum. Omnium una est
(*mundus puta*). Extra hanc nemo proficisci potest
est. *Exulabis.* Non patria mihi interdicitur, sed
locus. In quamcunque terram venio, in meam
venio. Nulla terra exilium est, altera patria est.
Non eris in patria. Patria est, ubicunque bene est.
Illud autem, per quod bene est, in homine, non in
loco est. In ipsius potestate est, quæ sit illi fortu-
na. Si enim sapiens est, peregrinatur: si stultus,
exulat. *Exulabis.* Hoc dicis: alterius loci civita-
te donaberis.

Exstat Plutarchi etiam liber DE EXILIO: De
quo & Teles Musoniusq; Philosophi scripserunt:
quorum excerpta apud Stobæum legere licet
Sermone CLVIII.

